

Kreis teinfurt

S 202

1287.

[107]

Junker Simon zur Lippe schenkt dem Gottfried gt. Bischof das Erbe Albertmann in der Bischöft. Pentrup, Körpl. Greven.

Nos Symon domicillus de Lippia universis presencia visuris notum facimus, quod cum unanimi consensu nostrorum coheredum proprietatem et ius, quod habuimus in domo, que Pentdorpe dicitur, quam Albertus bone memorie inhabitabat, Godefrido dicto Episcopo, qui dictam domum a nobis in feodo habuit, ipsi suisque coheredibus damus et concedimus voluntarie, pure et absolute abrenunciando omni iuri seu dominio, quod in dicta domo habuimus seu habere potuimus quoquo modo. In cuius rei testimonium et robur presens scriptum inde confectum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo septimo.

Orig. Siegel ab. VIII. Rep. II. 1. b. 11, ohne Nr. Regest WUB. III. Nr. 1342 nach der Abschrift im Staatsarchiv Münster Ms. II. 13. p. 231.